

Wilmhio.

Rogavi uxorem nuper ut cum distractissimo scribendi officio non esset, meis verbis te salutaret, affini optime, et pauca quaedam indicaret, quae vice argumentum Epistolae facturas videbantur. Eo officio cum functa procul dubio fuerit, nunc quidem superest, cujus rei gratia magnopere te interpelllem. Unum hoc monere pergo, ut ex ijs quae ad agriculturam Houselardici in mandatis habes, nihil temere negligatur. Utcumque enim Principi inculco, procuratum iri provinciam illam ab assiduo et solerti viro, cui injuncta est, nescio quid secus suspicari amat, ex eo quae superiori astate simile quid, non minus serio mandatum vel non omnino prestitum, vel sane tarde procuratum fuerit. De ceteris, quae tibi quam verbolitio commissa malueris, serio mihi iudicium facis. Fortasse si quid animi tui circa id genus negotiorum tempestive aperuisses, fuisses non ineptus autor studiis tuis promovendu. quamvis ab Affine profecta commendatio vice est, ut suspicionem evadere privati commodi vel amicorum. Nunc incassum ista dixerimus. Tu vale Affinis amplissime et me ama.

Spranga in Castris XVI. Cal. Nov. C1712CXXXVI.

Barlaeo.

Si Meteorologiam meam ambitiose nomini tuo nuper inscriptam, nondum accepisti, minus damni est quam si te Finea ad caenam vocauerint raptum alio ex condicione Madam puta, vel ad Bossium, Wiquefortium, Baekium, aut Vondelium, omnes homines qui se praestare student ceteris animalibus, et si quid Janes Tabellarius sapienter jam in Myropolio legor grauis autor, vel turis piperisque sum cucullus, vel scombrum tunicae debimolestae. Sin tradidit hic illustres paginas Barlaeo mihi facinus me hercules te dignum facis, et sacri codicis non immemor lectores, qui stulto non respondeas in stultitia sua. Anonymum si sic excepisses, dubitare possem an non melius tibi consultum esset, nisi obstarent quae notata obiter multi ponderis, quibus cum accedunt herculeae quibus lacessite pugit amentem jugulasti, atque adeo merentem (ut qui in sacris, quae profiteri fertur, voluit videri